

TABVLA
RECITATIONVM

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A DIE I. MAII

CIOIOCCCLXXV.

INCHOANDARVM



GISSAE,

litteris IO. IAC. BRAVNII, acad. typogr.

ACADEMIAE LVDOVICIANAE

RECTOR

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS
SCHVLTZ

CVM SENATV.

Quemadmodum triennii finibus, more maiorum, vita Vestra, *Commilitones aestumantissimi*, Academica includi solet, ita Vestrum omnium tres potissimum classes siue ordines constitui posse arbitramur, quorum suae cuique virtutes, sua munera sunt. Primo ordini annumeramus, qui, vix in rempublicam nostram delati, arenam ingrediuntur; eosque litterarum studia ingenti ardore amplecti putamus, nouitatis quadam cupiditate accensos. Secundus ordo iis constitui videtur, qui iam, quanta in se scientiis suauitas, experientia docti, tanta discendi aueritate flagrant, ut fatiari vix possint. Ad tertium tandem ordinem referimus, qui metae praemiisque proximi, duplicatis ea viribus assequi nituntur. Quos ordines omnes, ut officiis iam commemoratis satagere velint, enixe rogamus atque hortamur.

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER.

In tradendo *salutis ordine*, sic versabitur, ut duo quae sunt maximi momenti, *exegetis* ad regulas *hermeneuticas*, & viam ad *praxin*, coniungat. Si qui sunt, qui id quod *populare* dicitur, expectant, his Lutheri *catechesin*, partem nempe librorum *symbolicorum*, offert. *Virtutes* & *officia* eorum, qui Christo deuoti sunt, & nominatim *Pastorum ecclesiae*, suo e compendio docebit, coniuncturus ubique, ea, quae natura duce, & quae praelucen- te verbo diuino, in hoc genere praestantur.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD

Hora 7. *dicta S. C. probantia*, quae vulgo *classica* vocantur, auditoribus suis interpretabitur, eorum simul rationem habens, quae in consueta horum dictorum explicatione, pro mutata nostris temporibus exegetis sacrae facie, vel iure emendata vel temere reprehensa fuerit. Hora 8. *acroases* suas *dogmaticas* consuetas aperiet, nec non hora 2. pomeridiana *morales*, aut, si auditores, magis e re sua fore, censuerint, *critico-hermeneuticas*. Duabus per hebdomadem horis, absoluta A. C. exegetis, eiusdem apologiam dissertationibus suis perpetuis illustrare perget. Disputationes denique publicas offert, in reliquis quoque non defuturus, quibus auditorum suorum studiis haecenus inservisse ipsi contigit.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER.

Per instans semestre aestiuum, hora consueta Theologiam dogmaticam duce Danouio docebit, hora VIII - IX. Lessii Compendium Theologiae moralis explicabit. Hora pomeridiana II - III. Encyclopaediam theologicam ad ductum D. Ch. H. Vogelii tradet. Insuper *examinatorium* in Theologiam dogmaticam continuabit.

ACROASES IVRIDICAE


D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Institutiones hor. VIII. Pandectas hor. IX. & XI. ius criminale hor. X. & canonicum hor. II. more solito docebit.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT

Hor. VII - VIII. *Ius feudale*, hor. VIII - IX. *Ius publicum S. R. I.*, hor. XI - XII. *Ius priuarum Germanicum* tradet, ad scholas practicas denuo aperiendas quoque paratus.

D.



D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER

Publice hora comoda historiam iuris literariam ex WESTPHALO, privatim hora VIII. ius naturae & gentium ex ACHENWALLO, hora X. historiam iuris e SELCHOVIO exponet. Praelectiones priuatissimas continuabit.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP.

Hora matut. VII. - VIII. historiam imperii, hor. VIII. - IX. processum imperii, hor. p. m. II. - III. ius publicum German. redauspicabitur. Alia hora ius principum priuarum docebit.

INSTITVTIONES MEDICAE

D. IOAN. GVILIELMVS BAVMER,

Med. Prof. primar.

Hora X. doctrinam de morbis chronicis eorumque curationibus, praecunte "b. m. Dn. Ioan. Zachar. Platnero in arte medendi singulis morbis applicata, tradet. Hora XI. Eiusdem auctoris institutiones chirurgiae rationalis explicabit. Tempore Dominis Commilitonibus commodo Diaetices praecipua, ad compendium suum, sub titulo viae valetudinem secundam tuendi editum, proponet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

Med. Prof. ord.

Per semestre aestiuum hor. IX. - X. Botanicen tradet ac plantas rum officinales, rum reliquas, quas hortus academicus & ager vicinus subministrat, praecunte Linnaco demonstrabit. In vsum quoque Philiatorum doctrinam de plantis venenatis, inprimis Hafiae nostrae indigenis, explicabit.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL,

Med. Prof. Ord.

Ea quae de partu praeternaturali ac difficili supersunt, subiunctis encheiresibus in Phantome, absoluet. Denique ad filum Henkelii Anweisung zum Verbesserten Chirurgischen Verband, faucias chirurgicas adplicandi modum tradet. Lectionibus suis privatissimis ad finem perductis, oculis auditorum subiectis Gauthieri tabulis, quas nuper D. Ladelot curavit, demonstrationes myologicas publice instituet.

IOAN. LVDOV. FRIEDERICVS DIETZ,

Med. Prof. P. Ord.

Hor. VIII - IX. Osteologiam Scharfchmidtii tabulis propositam demonstrabit. Hor. XI - XII. Physiologiam praecunte Ill. Hallero proponet. Hor. p. m. II - III. Pathologiam duce Ill. Gaubio explicabit.

RECITATIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM,

Log. Met. & Math. P. P. O.

Logicam hor. VII., metaphysicam h. VIII. docebit; praelectiones in *metaphysicam applicatam*, praetertim *mechanicam, hydrostaticam & hydraulicam* h. I. instituet; Collegium *algebraicum* de considerationibus offert; *bibliothecam publicam* h. c. aperiet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

Philosoph. natural. Prof. ord.

Hor. VIII. - IX. Praelectiones in Physicam instituet ac potiora huius scientiae dogmata experimentis illustrabit. Hor. XI. - XII. Elementa Oeconomiae tam rusticae quam urbanae, duce Fabricio, exponet.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

LL. Or. Graec. & Ant. P. P. O.

PUBLICE *Abisfedae* Aegyptum hor. I - II. *Aeschylus* *intra exi* *Qspaz* ead. hor. PRIVATIM Ioannis Evangelium ex recensione *Griesbachiana* h. X - XI. Iesaiam h. XI - XII. interpretabitur. Linguam *anglicanam* more solito docebit.

D.

D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

Professor Poeseos & Eloquentiae

Hor. VIII - IX. *Fundamenta stili Latini ex Heinccio publice* Diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris tradet. *Privatim eadem Hora Diebus Mercurii & Saturni Profodiam Latinam docebit; Satirarum Iuuenalis explicationem, Historiam Linguae Latinae ex Harlesio offert.*

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,

Moral. Iuris Nat. & Gent. P. P. O.

In publicis horis ad compendium suum, *Historiam Iuris Naturalis*, Hor. VII. *Ius publicum, Iusque ecclesiasticum vniuersale*, Hora VIII. *Ipsam Naturae & Gentium, Ius Dariessii, praeunte* & Hora III. *Philosophiam practicam vniuersalem, &* ea praemissa, *Disciplinam moralem de integro ordietur.*

HENR. MART. GODOFR. KOESTER,

Histor. Polit. & Sc. Camer. P. P. O.

Historiam Europaeam ad Compendium proprium hor. X - XI. Vniuersalem hor. XI - XII. ad Compendium Gatterianum, Ecclesiasticam ad Compendium Seilerianum hor. V - VI. docebit. Offert Praelectiones in Historiam Imperii Germanici, Historiam Literariam Statisticam, Scientias Camerales, Linguas, Anglicam, Italicam, Gallicam. Horas auditoribus relinquit eligendas.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANNES CHRISTIANVS DIETZ,

SS. Theolog. Professor publ. extraord.

Collegium dogmatico examinatorium in S. R. D. BENNERI Notitiam Salutis denuo inchoabit, theses simul ad disputandum suppeditaturus. Praeterea introductionem historico analyticam in diuini Paulli epistolas omnes; nec non exegesin homiletico practicam in vnam alteramue tradet.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

SS. Tb. P. P. E.

PRIVATIM *theologiam dogmaticam* ex Heilmanno denuo incipiet h. IX - X. *Seminarium Contionatorium* horis consuetis continuabit. *Examinatorium dogmaticum* iterum aperiet.

IO. WOLFG. CONRAD. LINCK,

LL. AA. M. & Pb. P. P. Extr.

Hor. VII. *matutina metaphysicam*, hor. VIII. *logicam*, hor. XI. *philosophiam moralem* ad filium Cael. Federi denuo tradet, singulisque Saturni diebus examinandi & disputandi exercitationes, sicut hucusque, instituet. *Linguae hebraicae fundamenta*, addita interpretatione cursoria partis libri *Iosuae*, docebit hor. III. *collegium in linguam Arabicam* tempore auditoribus commodo aperiet.

DAV. HERM. PIEHL,

Pb. D. & P. P. extr. design.

Lectiones suas suo tempore publice indicabit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio salandique palaestra, Gallicae item & italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.*

